UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Censvra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-73393

Visual Library

Privilegium Cæſareum.

VIrtute Privilegii S. Cæſareæ Majeſtatis ſuper impreſſione & diſtractione Librorum per Fratres Minores conceſſi; facultatem facimus HIERONYMO NEMPÆO Typographo Lovanienſi, ut imprimat & diſtrahat hanc Tertiam Partem Theologiæ Sacramentalis Auctore Reverendo Admodum P. Fr. JOANNE BOSCO Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum Provinciæ noſtræ Inferioris Germaniæ S. Theol. Lectore Jubilato, ac Definitore cum plenario uſu Privilegii Cæſarei præfati, idque pro prima illius Editione. Datum Lovanii in Conventu noſtro Fratrum Minorum Recollectorum die 16. Octobris Anno 1669. ſub meo Chyrographo Officiique ſigillo minori.

F. JACOBUS DE RIDDERE *Commiſſarius Generalis Fratrum Minorum Germano-Belgicus.*

Privilegium Regis Hiſpaniarum.

PHILIPPI IV. Regis Hiſpaniarum &c. Privilegio cautum eſt, ne quis *Theologiam Sacramentalem Scholaſticam & Moralem* Auctore F. JOANNE BOSCO Ordinis FF. Minorum S. Theol. Lectore Jubilato, in toto vel in parte, conjunctim vel diviſim imprimat, aut alibi impreſſam, in haſce Ditiones importet, retineat vel divendat, præter Typographum Juratum ab eodem Auctore deligendum; idque ſub pœna confiſcationis & amiſſionis Librorum, & inſuper alia gravi mulcta; ut latiùs patet in Litteris patentibus deſuper Bruxellæ in Supremo Concilio Brabantiæ expeditis die 11. Julii Anno 1665. de more ſigillatis & ſignatis.

LOYENS.

VIRTUTE præmiſſi Privilegii Regii do HIERONYMO NEMPÆO Typographo Lovanienſi facultatem imprimendi ac diſtrahendi Tertiam Partem meæ *Theologiæ Sacramentalis* primæ Editionis. Datum Lovanii die 17. Octobris Anno 1669.

F. JOANNES BOSCO.

CENSVRA.

HÆc De Pœnitentia *diſſertatio, Doctoris Subtilis Auctore* R. P. F. JOANNE BOSCO *Ord. FF. Minorum S. Th. Lectore Iubilato, tum in proponendis, tum in ſolvendis argumentis ſolertiam ſparſim exhibet; ac præterquam quod ex ipſius principiis ac ſententiis plurima conſequenter & nervosè deducat, etiam ad alias materias pœnitentiæ affines non rarò amœnè ac fructuosè digreditur. Ita cenſeo Lovanii* 24. *Octobris* 1669.

SIMON SERVATII S. Th. Doctor & Prof. Librorum Cenſor.

DISPU-